

Sen Libra, seu me Scorpius aspicias
Formidolosus, pars violentior
Natalis hora, seu tyrannus

Hesperia Capricornus unda:
Utrumque nostrum incredibili modo
Consentit astrum. Te Jovis impio
Tutela Saturno refulgens

Eripuit, volucrisque fati
Tardavit alas; cum populus frequens
Latum theatris ter crepuit sonum:

Me truncus illapsus cerebro
Sustulerat, nisi Faunus ictum

Libra, Scorpius. Sunt duo signa Cœlestia, septimum, & octavum in Zodiaco.

Aspicias. Mihi nascēti præfuit. Formidolosus. Metuēdus, gravis.

Pars violentior, &c. Qui Scorpius, ex omnibus astris, quæ locū in meo habent horoscopo, (id enim sonat hora natalis) est inimicissimum adūs.

Capricornus. Signum decimū Zodiaci. Putant astrologi, Capricornum Occidentali terrarū parti maximè dominari, vimque in ea suam imprimis exercere, tempestates excitando, &c. unde dicitur hic tyrannus maris Hesperii, id est, Occidentalis, ab Hespero, stellâ vespertinâ.

Utrumque, &c. Ordo est: sive ego sub Libra, sive sub Scorpio, natus sim; certè atra, quæ nostræ nativitati præfuerunt, val-

de inter se consentiunt. Probat hoc à gemino evento.

Te Jovis, &c. Te patrociniū Jovis, oppositi Saturno, eripuit morti.

Refulgens. Contrâ fulgens; radios Saturni radiis oppositos emittens; ejusque vim impiam, & malignam refringens, ac retundens: Impius Saturnus vocatur, quia liberos devorabat, ut Poëta canunt.

Fati. Mortis. Ereptus è gravi morbo Mecenas fuerat: ideaque paulò post, cum in theatrū produisset, lætâ gratulantium civium acclamatione acceptus est. Valeudinem ejus tribuit Horatius propitio Jovi.

Me truncus, &c. Vide Oden 10. hujus libri.

Sustulerat. Procul dubio occidisset.

Faunus. Horatius suam salu-

Dextrâ levasset, Mercurialium
Custos virorum. Reddere victimas,
Ædemque votivam memento:

Nos humilem feriemus agnam.

Autem ita Fauno tribuit, ut a strorum vi benigna factum esse velit, quod servatus à Fauno fuerit: quemadmodum Meccenatis valeudinem, medicorū, ac remediorum ope quæsitam, Jovi tribuit. Mentionem porro Fauni facit hoc in loco, quia casus ille arboris contigit ruri.

Me. curialium. Eruditorum, qui sunt in tutela Mercurii, eloquentiæ præsidis. Faunus autem

Mercurii est amicissimus, ac Bacchi; cui Baccho chari etiam Poëtae sunt.

Ædemque votivam. Templum voto, si convalesceres, promissum.

Humilem. Tenuem victimam meis fortunis congruentem.

Agnam. Quæ hostia Fauno immolari solita erat.

Dicolor ODE XV. Diphospho

Se parvo contentum vivere; alios, mortis instantis oblitos, nullum ædificandi, agros continuandi, &c. finem facere.

1. ^{us} Vex. Tambic. Dimez. 2. ^{us} Tamb. trimoz.

Non ebur, neque aureum, catalecta, Meâ, renidet in domo lacunar, catalectu. quid est una silaba

Non trabes Hymettia. Premunt columnas ultimâ recisas Africa: neque Attali, Renidet. Splendet, ridet. Sic alibi dixit, ridet argento domus.

Lacunar. Idem est, quod lacuar.

Hymettia. Casâ in sylvis montis Hymetti, in Attica.

Africa. In Numidia, ubi marmor eximium.

Attali. Fuit ille Pergami in Asia Rex, Eumenis filius; qui cum sine liberis moriens Romanum populum hæredem suum instituisset, Aristonicus, Eumenis ex pellice filius, invasit Asiam, & Regiam Attali, licet hæres ab eo non dictus; unde ignotus hic ab Horatio

1^{us} constat 4 silaba. et H 43. ped. 10.
2^{us} constat 5 ped. et silaba.

Ignotus heres, Regiam occupavi:
 Nec Laconicas mihi
 Trahunt honesta purpuras cliente.
 At fides, & ingeni
 Bènigna vena est; pauperemque dives
 Me petit, nihil supra
 Deos laceffo, nec potentem amicum
 Largiora flagito,
 Satis beatus unicus Sabinis.
 Truditur dies die,
 Novaque pergunt interire Luna:
 Tu secunda marmora
 Locas sub ipsum funus, & sepulchri
 Immemor servis domos:

Marisque, Bajis obstrepentis, urges
 vocatur. Sed eum Perpenna
 Consul profugavit, anno V.C.
 624. Nonnulli hoc interpretatur
 de ipso populo Romano,
 qui Attali hæreditatem adiit,
 ignotus heres, id est, non propin-
 quus, non affinis.

Laconicas. Lanas tinctas
 apud Tænarum, Laconia in
 Peloponneso promontorium,
 ubi eximius capiebatur murex.

Trahunt. Nent, ducunt.

Honestæ cliente. Fœminæ
 honesto loco natæ, quarum
 ego patronus sum.

Bènigna vena. Copia non
 poenitendat. Ducitur metaphora
 à fontibus, qui, si uberiores
 sunt, benigna, & divite vena
 fluere dicuntur: vel, à metal-
 lis, quorum venæ aliæ latior.

res, & ampliores, aliæ angustiores.

Me petit. Me ambit, consulit, colit; ego pauper, ob fidem, & ingenium, divitibus in honore, & pretio sum.

Laceffo. Flagito.
Amicum. Mecœnatem, v.g.
Sabinis. Villâ meâ, in agro Sabino.

Truditur. Expellitur, & decedit, alio die ipsi succedente.

Tu secunda, &c. Tu, o quisquis es, sub ipsam mortem, paulò ante obitum qui tibi imminet, conducis homines, qui secent tibi marmora, struendis novis domibus.

Bajis obstrepentis. Bajas al-
 luentis. Ad sinum Bajanum,
 non procul Neapoli, propter amœ-

Summovere littora,
 Parva locuples continente ripâ.
 Quid, quod usque proximos
 Revellis agri terminos? & ultra
 Limites clientium
 Salis avarus? Pellitur paternos
 In sinu ferens Deos
 Et uxor, & vir, sordidosque natos.
 Nulla certior tamen
 Rapacis Orci sede destinata
 Aula divitem manet

Herum. Quid ultra tendis? aqua tellus
 amœnitatem loci, ædes multæ
 vrebantur, à nobilibus extru-
 ctæ. Potest etiam dici mare
 obstrepere Bajis, id est, con-
 queri, & infremere, quòd sua
 sibi eripiantur littora, & angustiores termini dentur.

Urges. Festinas.

Summovere. Ulterius pro-
 tendere, jactis molibus, quæ
 Mare arceant, & removeant,
 litus verò promoveant, & pro-
 ferant. Propriè non summo-
 ventur littora, sed mare in lit-
 tore positum, quod propellitur.

Parum, &c. Non satis ha-
 bes si ripam continentem pos-
 fideas: occupas etiam littus ex-
 cluso, & emoto mari. Terra
 continens ea vocatur, quæ in-
 sula non est; terra firma, ut
 vulgus loquitur.

Pellitur. A te vicinorum, &
 clientium agros invadente,

pellitur paternâ domo, &c.

Sordidos. Inopes, & panno-
 fos, quippe à te spoliatos: vel,
 padore, & illuvie fœdos, ut
 agrestium pueruli sunt.

Nulla, &c. Ordo est: tamen
 aula nulla, domus nulla ma-
 net, hoc est, expectat divitem
 herum, certior sede, & aula
 Orci, seu Plutonis rapacis, ipsi
 destinata. Quàmlibet magni-
 ficas, & amplas domos ædifi-
 cet ille dives clientium vexa-
 tor, tamen nulla domus illi
 certius obventura est, quàm
 domus Orci, qui omnes ad se
 rapit; quæ domus finis est, &
 postrema omnium domorum.
 Pro, sede, legunt aliqui, sine;
 eodem tamen sensu: nempe
 quia tumulus, & Orci domus,
 est finis ultimus, & domus po-
 strrema mortalibus destinata.

Tendis. Mollis: vel, cur
 agros

*Pauperi recluditur,
Regumque pueris: neque satelles Orci
Callidum Promethea
Revexit auro captus. Hic superbum
Tantalum, atque Tantali
Genus coercet: hic levare functum
Pauperem laboribus
Vocatus, atque non vocatus audit.*

agros aliis alios adjicere per-
gis.

Recluditur. Aperitur. Tu-
mulus Reges, ac pauperes pe-
rinde accipit.

Satelles Orci. Charon Infe-
rorum custos, & portitor, ac
Plutonis quasi satelles.

Callidum, &c. Prometheus
callidus dicitur, quia Caelestem
ignem asta è Caelo in terras
detulit, inscio Jove: à quo eam
ob rem detrusus est in Inferos,
& vulturi traditus, fecunda in
pœnas viscera devoranti. Vide
Oden 7. lib. 1.

Tantalum. Is, præ superbia,
Deos, quos ad convivium vo-
caverat, falli à se posse spera-
vit, illisque Pelopem filium
suum caesum, coctumque appo-
suit: id revera Cererem latuit,

quæ illius humerum comedit:
sed Jupiter Pelopem luci re-
donavit, & loco humeri à Ce-
rere comesti, eburneum ipsi
humerum indidit.

Tantali genus. Atreum,
Thyestem, Agamemnonem.
Od. 5. lib. 1.

Coercet. Cōtinet, ne fugiant.

Levare, &c. Charon, vel
Mors, audit levare, id est, au-
dit, ut levet, Græcâ phrasi, vel,
vocatus levare, id est, rogatus
levare, audit pauperem, &c.
præstò est ad levandos paupe-
res, & liberandos ab ærumnis,
quas perferunt in vita, sive ab
iis vocetur, sive non vocetur:
cùm contrà divites ad gravio-
res tantum pœnas abripiat in-
vitos, & ab iis profectò non
vocatus.



*B*acchum in remotis carmina rupibus *vid. Ode 3.*
Vidi docentem (credite posteri)

Nymphasque discentes, & aures

Capripedum Satyrorum acutas.

Evoo, recenti mens trepidat metu,

Plenoque Bacchi pectore turbidum

Latatur; Evoo, parce Liber,

Parce gravi metumde thyso.

Fas pernicaces est mihi Thyadas,

Acutas. Ad audiendum ere-
ctas: pinguntur Satyri cum au-
riculis grandioribus, & in a-
cumen desinentibus.

Evoo. O Bacche: dictus est
Evius, vel Evæus, à Jove, cùm
rem in Gigantes strenuè gere-
ret. Vide lib. 1. Oden 16.

Mens, &c. Adhuc attonitus
sum, & sacro quodam horrore
percitus, nèpe ob visû Numen.

Plenoque, &c. Ordo est: &
mens turbidum (est hæc neutrû,
adverbii loco positû) latatur,
pectore pleno Bacchi, quia pe-
ctus plenu est Bacchi, seu Bac-
cho: id est, meum pectus infid-
det, implet Bacchus, & men-
tem non satis sui compotem,
metu lætitiâque perfundit.

Parce. Veniã perit, metuens
ne quid in Bacchum peccave-
rit, quem aspicerè cum Satyris,

& audire tam fidenter sit ausus.
Vel; rogat ne ab eo agatur in
furorem, ac dementiam: quæ-
dam enim Numina, ut Diana,
Bacchus, Nymphae, &c. furo-
rem immittere putabantur, si
quis ea videret. Por: ò ut Bac-
chum iratum quasi demulceat,
promittit se illius laudes can-
taturum.

Liber. Sic vocatur Bacchus,
quia magna est in vino liber-
tas, & licentia.

Thyso. Est hasta pampini in-
voluta, quâ Bacchus armatur.

Fas est, &c. Quoniam im-
pune Bacchum vidi, & ejus Nu-
mine sum asuatus, licet mihi,
tutò possum, ejus laudes cane-
re, sacra describere.

Pernicaces. Protervas, petu-
lantes.

Thyadas. Bacchas, Menedas,

*Vinique fontem, lactis, & uberes
Cantare rivos, atque truncis
Lapsa cavis iterare mella.*

*Fas & beata conjugis additum
Stellis honorem, testaque Penthei
Disiecta non levi ruinâ,*

*Thracis, & exitium Lycurgi.
Tu flectis amnes, tu mare Barbarum;*

*Tu separatis uvidus in jugis
Nodo coërces uiperino*

Bistonidum sine fraude crines.

à voce Græca, quæ significat,
currere furentis in morem.

Vinique fontem, &c. Hæc
omnia Bacchus fecisse diceba-
tur, cum ex Indiis rediret, in
triumphantis morem; nempe
vini fontes in siccis agris eli-
cuisset, & lactis rivos, &c.

Iterare. Iterum atque iterum
canere, dicendo ingeminare.

Conjugis, &c. Coronam
nuptialem Ariadnes, quam stel-
lis inferniti, cum illam à The-
seo desertam duxisset. Erat Ari-
adne filia Minois, & Pas-
phæas; cujus ope Theseus eva-
sit è Labyrintho Cretensi. Is
eam abductam postmodum in
insula Naxo destituit: mox à
Baccho in uxorem ducta est.

Penthei. Pentheus, Rex The-
barum, quia Bacchum spreve-
rat, à matre, per Bacchum in
furorem acta, discerptus est,
& ejus Regia eversa.

Lycurgi. Rex Thraciæ fuit;
qui, cum vites tota regione jus-
sisset excindi, à Baccho in
furorem actus, & oculis pri-
vatus est.

Flectis amnes. Indum, &
Gangem, fluvios Indiæ, (de
qua Bacchus triumphavit) do-
mas, & servire tibi cogis.

Barbarum. Indicum.

Separatis. Remotis, secre-
tis.

Uvidus. Vino madidus.

Nodo, &c. Crines Baccha-
rum, (quæ Bistonides dicun-
tur.) Bistonis mulierem Thra-
ciam significat: Bistones sunt
populi Thraciæ vino, & Bac-
cho dediti. Religas serpenti-
bus, & in nodum colligis. Me-
nades, & ipse Bacchus, pingebantur anguibus coronatæ.

Sine fraude. Ita, ut illi an-
gues nihil noceant Bistonibus,
Fraus, etiam apud Ciceronem,

sc-

*Tu, cum parentis Regna per arduum
Cohors Gigantum scanderet impia,*

*Rhæcum retorsisti leonis
Unquibus, horribilique malâ;*

*Quamquam choreis aptior, & jocis,
Ludoque dictus, non sat idoneus*

*Pugna ferebaris: sed idem
Pacis eras: mediusque belli.*

*Te vidit infans Cerberus aureo
Cornu decorum, leniter atterens*

*Caudam, & recedentis trilingui
Ore pedes tetigitque crura.*

sapè pro periculo, & damno
ponitur.

Parentis. Jovis.

Per arduum. Subaudi, iter:
per montes alios, aliis agge-
stos.

Rhæcum. Vnum è Giganti-
bus.

Retorsisti, &c. Tu, in lec-
nem conversus, repulisti, &
dejecisti Cælo, redire, ac fu-
gere coëgisti Rhæcum, &c.

Malâ. Maxillâ, dentibus
leonis, quibus eum lacerasti.

Quamquam, &c. Etsi vul-
go exultimatus aptior choreis,
& jocis, dicebaris non adeo
esse ad pugnam idoneus; ta-
men tu idem medius inter bel-

lum, & pacem eras, id est,
æquè ad utrumque compara-
tus, & pace, & bello bonum
te esse ostendebas Vinum nunc
feroces mitigat, nunc mites
effertatos reddit.

Infans. Tibi innoxius. Bac-
chus Inferos petivit, ut Ariad-
nen uxorem eriperet.

Cornu decorum. Baccho dan-
tur cornua: quia vinum robu-
stos, & pugnaces facit.

Atterens. Humum identi-
dem caudâ terens, & verbe-
rans; ut canes dominis blan-
dientes solent.

Recedentis. Ex inferis.

Trilingui. Quia Cerberus
est triiceps.



O D E XVII.

Horatii in cygnum Methamorphosis, &
Immortalitas.

Alcaica videtur que ode 3^a.

Non usitatâ, nec tenui ferar
Penna, biformis per liquidum athera
Vates; neque in terris morabor
Longius; invidiâque major

Urbes relinquam. Non ego, pauperum
Sanguis parentum, non ego, quem vocas,
Dilecte Mecœnas, obibo,

Nec Stygiâ cohibebo undâ.
Jam jam residunt cruribus aspera
Pelles: & album mutator in alitem

Non usitatâ. Non mutabor
in Cygnum vulgarem, ut ple-
beji Poëtæ, non induam bre-
ves, & humiles pennas, quibus
illi solent volare. His verbis
innuit se gloriâ, & famâ, ipsos
superaturum. Ordo autem est:
ego, vates biformis ferar per
athera, non usitatâ, aut tenui
penna.

Biformis. Ex homine muta-
tus in Cygnum; qui duplicem
formam, seu naturam habue-
rim, hominis antea, jam ali-
tis, & cygni.

Invidiâque major. Superans
invidiam. Illis porrò solis non
invidetur, quorû virtus, & glo-
ria, omnium consensu, extra
communem sortem, & aleam est.

Relinquam. Æthera petens.
Sanguis. Proles, genus,

Quem vocas. Quem ita cõ-
pellare soles, O dilecte Hora-
ti. Vel; non ego, quem vocas,
& familiariter appellas paupe-
rum sanguinem parentum, &
libertino patre natû; ita enim
per jocum, & amicitiam à di-
lecto Mecœnate vocabatur a-
liquando: vel quem vocas, id
est, quem domum tuam sapè
vocas, quem adhibes familia-
riter.

Nec Stygiâ, &c. Non petam
Inferos, non moriar. Styx no-
vies interfusa cohibet, seu
coëreer Manes, ne ad Superos
regredi possint.

Residunt. Adhærescunt.
Aspera pelles. Instar squamu-
larum, quibus cygnorum cru-
ra integuntur.

Album alitem. Cygnum.

S¹

Supernè; nascunturque leves
Per digitos humerosque pluma.

Jam Dadaleo ocyor Icaro,

Visam gementis littora Bosphori,

Syrtesque Getulas canorus

Alas, Hyperboreosque campos.

Me Colchus, & qui dissimulat merum

Marsæ cohortis Dacus, & ultimi

Noscent Geloni; me peritus

Disceet Iber, Rhodanique poter.

Absint inani funere nania,

Supernè. Id est, circa supe-
riores partes: alas, & tergum
albis decorum plumis, induo.
Legi volunt quidam, *superna*,
ita ut neutrum sit plurale, pro
adverbio positum, Græco mo-
re: sed minus commodè; tum
ob asperiores pronunciatio-
nem, quæ oriretur ex prima
syllaba sequentis vocis; tum
quòd ultima syllaba in *super-
nè*, sit brevis, teste Lucretio.

Dadaleo. Filio Dadali qui
pennas sibi aptavit, &c.

Visam. Volando petam.

Gementis. Ob procellas, quæ
in eo frequentes excitatur. De
Bosphoro, vide Oden. 10. hujus
libri; de Syrtes, Od. 4.

Hyperboreosque. Septentrio-
nales, Boreæ subjectos.

Colchus. Populus Asiæ, jux-
ta Pontum, ad quæ Jason cum
Argonautis navigavit.

Marsæ cohortis. Marsi erant

Italiæ populi, qui pedestri pu-
gnâ imprimis valebant. Co-
hors est pars legionis: legio
sex ferè militum habebat mil-
lia; in ea cohortes erant de-
cem.

Dacus. Europæ populus ad
Septentrionem: ea regio conti-
net nunc Bulgariam, Valachia,
Moldaviam, Serviam, &c.

Geloni. Scythis erant vicini,
ad Septentrionem.

Iber. Hispanus, ab fluvio
Ibero sic dictus.

Rhodanique poter. Galli.
Rhodanus fluvius est Galliæ
Lugdunensis.

Absint, &c. Noli, ò Mecœ-
nas, tristibus naniis meam fu-
nus prosequi. Nania est can-
tus lugubris.

Inani. Quia mihi, mutato in
cygnum, inuile funus erit, ubi
nullam cadaver, nullus mor-
tuus; ero enim immortalis.

Lu.

Luctusque turpes, & querimonia:
Compeſco clamorem, ac ſepulchri
Mitte ſuperuacuos honores.

Turpes. Indigni me, qui mortuos valere extremum ju-
ſemper victurus ſum. bebant.
Clamorem. Magna voce Mitte. Omitte.



Q. HORATII FLACCI

O D A R V M

LIBER TERTIUS.

Tricolor Tetrapodus

O D E I.

Alcaica

Hæc Ode varia morum præcepta continet, atque
illud in primis, vitam beatam non opibus, &
honoribus parari, sed sola virtute.

Jan. spon. Di profanum vulgus, & arceo. *Dactylicæ hexam.*
Silab. et Favete linguis: carmina nota prius
2. Dactyl. Favete linguis: carmina nota prius
2. Tamb. 2. Chori Audita, Musarum sacerdos; *2. in 2. Tamb. hypæcath.*
2. Dact. 2. Chori Virginitus, puerisque cano. *Dactylicæ hexam.*
Alcaica

Profanum. Mytæia veræ
virtutis, ac philosophiæ expli-
caturus, homines pravæ opi-
nionibus imbutos, & ad hæc
audienda minus idoneos arceo,
& facessere jubeo. Profanus
propriè dicitur, qui à fano, &
sacris arcendus est, non sacer,
non religiosus, non initiatus.

Favete linguis. Audite cum
silentio, quæ sum dicturus, vos
qui non estis profani. Porro
hæc verba, favete linguis, u-
surpabantur in sacrificiis; &
his homines jubebantur silere,
& attendere, nihil dicere ob-

scenium, profanum, mali omi-
nis.
Non prius audita. Propter
rerum, quas continent, digni-
tatem, & utilitatem. Sic atten-
tio conciliatur.

Musarum sacerdos. Dicun-
tur Poætæ Musarum esse sacer-
dotes, & ædici.

Virginitus, &c. Vel, à vir-
ginibus, & pueris recitanda,
ut eorum animis, adhuc tene-
ris, & mollibus, altius inhæ-
reant: vel, ab eisdem audienda
diligentiùs, quibus esse possunt
utiliora, & quorum ætas facillè

Plus un vers. constant 5 ped. et 6 silab., ad
3. const. 9. ped. et 6 silab. Hypæcathalecti.
2. const. 8. ped. quia ab uno at una
silaba.